

**Latein-Buchtipps**

15. Juli 2010, 8:00 Uhr

**De lingua Latina adamanda**

Recensuit: Dr. Heinrich Fliedner

Hoc libro, qui est e sermone Anglico versus, auctor, qui est diurnarius idemque antiquitatis amator, contendit magni momenti esse elementa linguae Latinae sibi adsciscere exponitque, quantum cultura et humanitas Europaea Romanis debeat. Et id quidem non more academico, sed sermone iocoso. Exempli gratia nos certiores facit de compunctionibus Latinis David Beckham pedilusoris illustris, vel actum illum affert de pellicula de vita illius Brian confecta, quo centurio Romanus illum facit murum centies inscribere sententia Latina correcta.

Libro insunt potiora elementa linguae Latinae culturaeque Romanae, in iis quaedam de architectura, de deis, de imperatotibus quibusdam, de rebus grammaticis, termini aliquot stilistici nec non complures locutiones etiam hodie allatae. Sed hoc opus aptum non sit, quod donetur discipulis graduum minorum, ut eis adiumento sit ad linguam externam sibi eligendam. Nam ea, quae de institutione Latina vel de receptione antiquitatis afferuntur, plerumque ad res Britannicas spectant. Quid enim talibus pueris Boadicea regina vel Berti Wooster vel alii homines tales? Aliis autem lectoribus hic liber horas iucundas parare potest.

Mount, Harry.: "Latin Lover. Latein lieben lernen." Heyne, München 2007, 7,95 Euro

[Latin Lover](#) 

Latein lieben lernen

Quelle: <http://www.radiobremen.de/nachrichten/latein/buchtipps/latein/mountlatinlover102.html>